

Iuanus abbas
sponhemensis obiit.

Ventus magnus.

Manfredus rex.

Innocentius papa
quartus obiit sedes uacauit.

Maguntinensium
et wormarum.

Emicho comes
de lymingen.

Richenstein castrum
captum.

Confederatio
ciuitatum mltarum.

perhibetur: que omni uirtutum et operam domine sue cum adhuc in
humano ageret consilia fuit: et studiosa cooperatrix in omnibus.
Eodem anno. m. et decembris obiit Iuanus monasterij mei
sponhemensis sextus abbas: cui successit Iohannes de schomburg-
rantor et presuit annis. duodecim. mensibus quatuor. diebus. xxj.
Anno volpoldi abbas. ix. qui fuit dominice natiuitatis. M. cc. lxxj.
Ventus magnus et horribilis fuit: qui in diuersis locis multi edi-
ficia subuertit: arbores robustissimas cum radiabus de terra plu-
res euulsit: et cum infinitis damnis multos homines oppressit.
Eodem anno manfredus frederici quondam imperatoris ex contra-
bina matre filius Conrado priori anno ut ferunt ueneno inter-
empto regnum sicilie occupauit et annis paucis uicis obtinuit.
Anno sequenti qui fuit Volpoldi abbas. x. dominice aut natiuita-
tis M. cc. lxxj. Indictione. xij. obiit Innocentius papa quartus
et uacauit sedes aptua propter discordiam frim annis duobus.
Eodem anno in mense februario ciues maguntinenses et wor-
marenses qui multo tempore in dysensione mutua steterunt.
perpetuam inter se pacem concordiam et confederatione sancert.
His quoque temporibus Emicho comes de lymingen frater epi spi-
rensis hostilem gerens animu contra Richardum episcopum
uormaticensem cum rapere omni studio laborabat. qui ciuiu
suorum auxilio defensus et in uormaticam intrmissus qm
uis ante hac in dysordia cum ciuibus fuerit. minas illis euasit.
Magnus iste temporibus in regno tumultus fuit et uarie dysen-
siones quia non omnes Wuilhelmi regis romanoru partes sequebat.
Richenstein castellum iuxta renum non longe a bacherarcho eodem
tempore cum alijs certis munitionibus in uicino per Wuilhelmum
regem supradictum et suos fautores obsidione nullata captus fuit.
Anno prenotato cum ciuitates harum partium cum Wuilhelmo re-
ge sentientes. ut maguntia. wormaria. franchfordia. bopardia.
wesalia. bingia. oopenheim. zelshusen. friedberga. frylaria.
et quedam alie. ipso in partibus inferioribus existente. non habe-
rent contra suos aduersarios defensores. consilio apud magu-